

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3073

Auteur(s) : Odon, Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame-du-Vœu du Valasse (abbaye, abbé)

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1205

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Charte d'Odon, abbé de N.D. du Vœu près Cherbourg, faisant connaître que, pour éviter les frais d'un procès, il s'en est rapporté avec l'abbé de St Sauveur à l'arbitrage de Vivien, évêque de Coutances, de Guillaume, abbé de Montebourg, et de Pierre, abbé de Blanchelande, relativement aux difficultés qui existaient entre eux au sujet du Prieuré de St Hélier à Jersey, de l'église de St Pierre de Archet, de l'église paroissiale de St Hélier à Jersey, de la quatrième partie du bois de la foire et du Moulin de Torgistorp.

Les arbitres conculrent à ce que les parties renoncent à toute procédure, à quoi elles consentirent.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 204, p. 285-287.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit. O. dictus abbas Sancte Marie de Voto juxta Cesariburgum et ejusdem loci conventus humilis eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum super prioratu Sancti Helerii de Geroio cum pertinentiis suis inter abbatem et conventum Sancti Salvatoris ex una parte et nos ex altera mota fuissest questio et aliquantulum agitata coram venerabili patre nostro Dei gratia episcopo et cantore et Willelmo archidiacono Abrincensibus a domino papa Innocentio tercio judicibus in eadem causa delegatis demum placuit nobis hinc et inde ut nostris laboribus parceremus et expensis et ut in arbitros videlicet venerabilem patrem nostrum V[ivianum] Dei gratia Constantiensem episcopum et W[illelmum] Montisburgi et P[etrum] de Blancaalanda abbates compromitteremus ratum habituri quicquid in premissa causa concordia vel judicio duxissent statuendum. Die igitur a predictus arbitris partibus assignata et nobis utrisque in earum presentia constitutis cum abbas Sancti Salvatoris super jam dicto prioratu petendo intentionem suam fundasset nobis respondentibus et alias querelas quas nos habere dicebamus contra predictum abbatem et monachos Sancti Salvatoris intentantibus videlicet super ecclesia Sancti Petri de Archet ecclesia Sancti Helerii parrochitiana et super quarta parte nemoris ferie et molendini de Torgistorp venerabiles viri predicti scilicet arbitri de consilio prudentum virorum cum eis assidentium pro bono pacis consuluerunt quod querelis prenominatise ex utraque parte motis et movendis invicem cederetur et super eisdem inter predicta monasteria pax perpetua reformaretur, in quam concordiam nos ex utraque parte unanimiter consentientes eam recepimus et firmiter approbavimus et ad omnem super premissis excludendam calumpniam scripti presentis testimonio et sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam teste capitulo. Actum anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinto.